Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31258
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

aut ad progressu et hoc triplicit quia aut progrediens
confortatur ad pugnandu et audacter confitendum
nomen xpi sic est confirmacio / aut progrediens
nutritur ad vires conseruandu et resumendu · sic
est eukaristia / aut progrediens cadendo iuuatur
ad resurgendu · sic est penitencia · Si secundo modo hoc est
duplex aut spiritualiter sic est ordo aut corporaliter sic est
unccio · Vel aliter potest accipi sufficiencia talis nam

Item alia sufficiencia

sacra sunt medicine et fugant malu et iuuant
ad bonu · Vnde primo quo ad fugam mali datur talis
sufficiencia · Nam malu est duplex culpe et pene
Culpe triplex est originale actuale mortale
et actuale veniale / et secundum hoc habemus tria sacra
scilicet baptismu contra originale / penitenciam in remediu
mortalis · Vnccionem extremam in remediu venialis
Malu aut pene quod incurrimus propter malu culpe
est quadruplex nam sicut ait venerabilis Beda propter peccatum
patimur ignoranciam in racione / maliciam in voluntate
infirmitatem in irascibili / concupiscenciam in concupiscibili /
Contra primu in adiutoriu datur sacramentum ordinis ut dicitur
Malachie ij labia sacerdotis custodiunt sacramentum et legem
requirunt de ore eius contra secundum sacramentum eukaristie /
Contra tercium sacramentum confirmacionis / contra quartum
sacramentum unccionis · Secundo aut quo ad prosecucionem boni
que fit per actus septem virtutum tunc baptismus prestat
adiutoriu fidei / sacra unccio spei / eukaristia caritatis /
ordo prudencie / penitencia iusticie / confirma-
cio fortitudinis / matrimonium temperancie /

Quid res quid sacramentum quid res et sacramentum sit

Tribus perficiuntur · vnde Augustinus
Accedat verbum ad elementu et fit sacramentum